Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis Presbyteri, Scripturæ Selectæ

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Ad Laudem Authoris, In Eius Scripturas Selectas De Oratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Visual Library

AD LAUDEM AUTHORIS,
IN EIUS SCRIPTURAS
SELECTAS DE ORATIONE.

LUCÆ ANTONII BALTASARRII,
Montavienſis.

ANNAGRAMMA.

JOSEPH SPERANZA.
ES PHANI PARENS.

EPIGRAMMA.

QVid Romana Patres jam dixit turba Tyrannos,
Dum Rex, dum Cæſar, plurimus hoſtis erat?
Ceſſet adulator, reſonent encomia vera:
Ille Pater Patriæ, quæ Patris uſque bonus.
O felix IOSEPH, *qui Phano dum bonus uſque,*
ES verè PHANI *nobilis uſque* PARENS.

EIVSDEM ANAGRAMMA.

JOSEPH SPERANTIUS FANENSIS.
IS FONS ÆTHEREUS PIANS ANIMAS.

EPIGRAMMA.

CVrrite, Chriſticolæ, nitidas properanter ad undas:
IS FONS ÆTHEREVS dulce PIANS ANIMAS.

Aliud ejuſdem Anagramma.

IOSEPHUS SPERANTIA.
ECCE APIS TU NOS RAPIS.

EPIGRAMMA.

VOce trahant alij montes, ſylvaſque ſequentes:
ECCE APIS hic TV NOS cælica melle RAPIS.
Felices animas divino nectare paſtas,
Non vox ulla hominum, mella ſed iſta trahunt.

Ejuſdem aliud Anagramma.

IOSEPHVS SPERANTIA.
SAPPHIRVS NITES DEO.

EPIGRAMMA.

SOlem Sole refert Sapphirus tactus ad auras;

Gemma-

Gemmarum nullum majus in Orbe jubar.
Sole DEO rutilans SAPPHIRVS verus, IOSEPH,
Præ cunctis gemmis, ſyderibusque NITES.

Ejuſdem Anagramma.

JOSEPH SPERANTIUS FANENSIS.
FORTUNÆ PHANO SANE SAPIS ESSE.

EPIGRAMMA.

INgens jam Fanum Fortunæ priſca Vetuſtas.
Struxerat, illa tamen vertitur ima rotis.
Extulit at Fanum virtuti magnus IOSEPH,
Hæc vehit ad ſuperos pectora noſtra Polos.
SANE FORTVNÆ PHANO SAPIS, ESSE beatos
Verâ fortunâ, qui facis eſſe viros.

Diſtichon ad Lectorem.

AVreus eſt liber hic ſucco, gemmiſque refertus:
Spes dedit, ô Lector, ſumito, dives eris.

I.A.S.C.O.

ANTONII FRANCISCI ARBUSTINI, FIRMANI.

Anagramma.

IOSEPH SPERANTIUS FANENSIS.
IS, IS EST SANE FONS AUREUS PHANI.

EPIGRAMMA.

AVrum quid jactas, tumidi levis unda Metauri?
Hoc tua quærentes tardat arena manus.
Vis aurum, gemmas, vis carpere ſydera cæli?
FONS SANE IS PHANI EST AVREVS, ISque micat.
Quid? non aſtra fluunt? refluunt hic aſpice, centum:
Immò mille libens quælibet unda dabit.

FRAN-

FRANCISCI MARIÆ SABBATINI, FANENSIS.

Epigramma.

IAm ſua Cecropiis compilet mella ſalictis.
Atque favos, florum munera, ſervet apis.
Hic meliora latent: nam cæli munera IOSEPH
Libat, Apiſque ſuo congerit alma libro.

MARII SACCHETI, CINGULANI.

Anagramma.

PATER JOSEPHUS SPERANTIA:
HOC JESU SAPIENS PRÆPARAT.

DISTICHON.

PRÆPARAT HOC SAPIENS quid gemmas Gangis IESV?
Certè, ſi Ganges labitur his lacrymis.

CVRTII SACCHETI, CINGULANI.

Anagramma.

IOSEPH SPERANTIVS
TV PIIS PIE RESONAS.

Epigramma.

VAna ſonent alij, reſonentque cacumina vanæ:
TV cælo RESONAS, uſque PIE, atque PIIS.

ÆMILII ZAZZARÆ, ELPIDIENSIS.

Epigramma.

SPes vana eſt vanæ Fortunæ munera captans,
Quæ inſidet uſque globis, mobilibuſque rotis.
Magnum Incrementum verè jam ſentit JOSEPH,
Qui ſpem virtutis collocat in gremio.